Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

castrenses inuadunt. et sublatum ad constructam basili
cam anticipant deponendum. Sed nec segnes aureli
anorum phalanges qui tardius illuc arma commouant
adfuerunt. et ante fores templi clipeis contecti cum sancto
cadauere uenientibus prelia parant. aulamque sepulchri post
terga defensant. At uero predonum ex siluis secura cepit
turba procedere conspiciunt armatas a longe acies op
tata limina ueloci occupasse. Tunc mente turbati
diffidunt uotum a loco optinere se posse. eiusque sub medi
is laudibus onus sacrum inuiti deponunt. telisque con ges
ti castris castra constituunt. Statuitur thesaurus inter
tela media preliorum fit intentio de celis de presidio et ne
presens causa hominum mortis periculum generaret. Ille
qui multis sepius uitam contulerat uir insignis ac
summa ducis preditus potestate affuit deo imperante.
et iurgantium lites rector dificus utrasque compescuit
atque armigerum seua consilia dissipauit. Post hec corpus
salutiferum ad aurelianensem urbem iubet publicum
deferre per aggerem. Tunc dunensium turba amaris fle
tibus spargunt uoces inauditis deprecantes ut cuius membra
in faciente non fuerant consecuti. uel ipsius reliquias uale
ant adipisci. Nec potuerunt beneficia denegari quod lac
rimis cernentes dolebant saluberrima postulare. Tunc summi
qui aduenerant sacerdotes timentes neque quis auderet contingere
corpus. et reliquiarum magnitudinem poscentibus consistunt munus
Igitur in progressu sacerdotes corpus in sublimi attollunt.
et urbana manus lecticulo nobilia colla supponunt. Vel qui
ferret gauderet contingere lignum. At sanctissimum funus
cominus hostilis turba procedit atque strata passim sub
sistit in ordine plebs. urbemque petentes ipsi condenso
pede feruntur. Cernens illuc cereis accensis ruralia can
dere flammis et innumeris multis stipatur belsa cetus
lam primorum coetu ipsi tangebat arcem. et adhuc mul
ti a castro se nec dum commouerant. Ex clunensi quoque cas
tro omnis clericorum psallentium chorus occurrit. Sed quanta
ex uicinis urbibus ad clerici exequias celebrandas alacres
conuolauerint quis ualeat explicare. Quorum ymnificus
clamor uel celeste tonitruum sydereo resonabat oli
po. et erat uox una subclamantium et dicentium. Gloria
in excelsis deo. et in terra pax aurelianorum imperpetuum
sub clero. Illi uix tandem inter aggesta agmina
durum terrore perrumpentes defunctum proferunt ad sepul
chrum. ibique secum ad locum centum ab urbe gressibus dis
tantem formidantes cum summa reuerentia magni pon
tificis tumulant defensorem. Cui titulo super po
nitur uilissima ligni memoria intimans tamen ueniam

membra ab uniuersa ecclesia. Eodem tempore childebertus inclitus
francorum princeps qui gallias suo imperio coercebat
commotum exercitum ad subiugandam sibi hispaniam decreuerat
expandum. Audita autem tanti uiri fama. et quod sepulchrum
ipsius exiguis fuerat parietibus circumseptum celesti regi
sub integra deuotione pollicetur. ut si incolomis ad
regni sui solium ipsius perciperet suis cultibus sancti intercessi
onibus remearet. immissam eidem super sepulchrum ipsius
perciperet suis cultibus fabricandam ecclesiam. Qui ab aduersari
is in itinere multas perpessus insidias ac multociens circum
imminentibus periculis per deum nominis liberatus. sospes ac tri
umphator suo redditur regno. Tunc in super dicto loco
egregiam fabricam ut spoponderat erexit. ac uel marga
ritam aureis conclusam locellis proceris sui waldonis sol
lercia decorauit. Cuius opi digna non credimus deesse merce
dem. uerum assiduis miraculis iteratum gestacula.
refecunt. Oculorum claustra soluuntur. debilium membra
subito solidantur. mutus uocem recipit. surdus auditum
postulans apprehendit. datur salus integra regioni
et pro omnis infirmitates uelox medicina peruenit. Vir
sanctus coniungitur aniano. et turba aurelianorum circumsepta
uirtutibus seruatur in medio. Sub quorum patrocinio nos
diuina trinitas custodire et conseruare dignetur cui est
honor et gloria in secula seculorum. Amen. Explicit.

Passio sanctorum martyrum Marcellini et Marci.

Clarissimis uiris
marcelliano et marco
duobus germanis
fratribus Christi nomine inuin
cibilis constitutis beatus
Sebastianus cottidie
solatium exhibebat.
et tam ipsis quam seruis
eorum cum quibus tenti fu
erant salutaria fidei
consilia ministrabat. quibus fugitiua seculi blandimenta
respuentes et momentanea tormentorum genera non ti
merent. Qui cum beatissimis consolationibus acquiescentes
et ubera carnificum animo perseueranti transirent ca
pitalem iussi sunt subire sententiam. ea scilicet ratione ut
si eodem momento quo decollandi erant sacrificiis
consenserint. et parentibus suis et coniugibus et filiis et fa
cultatibus redderentur. Erant enim non solum ut diximus
genere clarissimi uiri. sed et facultatibus ornati. Quorum
pater erat tranquillinus nomine. et mater marcia uocabatur.
qui illos sequebantur cum uxoribus et filiis eorum nimio